

Kreis
Paderborn
S. 142

1150.

[14]

Biſchop Bernhard von Paderborn bezeugt die Schenkgungen des Ministerialen Adelbert bei dessen Eintritt in das Kloſter Abdinghof an dieses Kloſter.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus dei gratia Patherburnensis ecclesie episcopus. Notum sit universis fidelibus tam futuris quam presentibus, qualiter Adelbertus ministerialis ecclesie nostre, quando se monachazavit apud ecclesiam apostolorum sanctorum Petri et Pauli, que est in presenti ac nostra civitate sita, tradidit eidem ecclesie de bonis suis duas domos cum omnibus pertinentiis suis in Dettenghusen, tradidit quoque duos viros alterum videlicet Atronem iure litonum, alterum vero Thitradum iure ministerialium, uxorem autem eiusdem Thitradi nomine Eila cum omnibus filiis ac filiabus suis iure litonum, quorum nomina hac sunt: Ecbracht, Udo, Henrich, Waltburg, Ava, Gherburg, Gerdrud. Hanc denuo traditionem roboraverunt, immo rursus eadem bona eidem ecclesie manu sua propria tradiderunt uxor ipsius Adelberti, Jutta nomine neconu filii ipsius Deghenhard, Udo, Adelbrecht, Burghard, heredes eius legitimi me presente et multis aliis testibus idoneis. Porro ut haec traditio rata et inconvolsa permaneat, cartam hanc inde conscriptam sigilli nostri impressione signavimus et banno episcopali firmavimus. Huius rei testes hi sunt: Wino¹⁾) maioris ecclesie prepositus, Reimbret prepositus of Oriente, Almarus decanus, Bernhardus, Lent-

¹⁾ Irrtümlich statt Bernhardus, der seit der Mitte 1144—1158 erscheint. Vergl. Btschr. 37 II, 182 f., hier auch Näheres zu den Orten.

fridus, Sifridus canonici; Folgwinus advocatus, Lutolf, Bonnundus, hii liberi; ministeriales quoque Conradus, item Conradus, Folgwinus, Lutolfus, Harrmannus, Herimannus, Warmundus, Egilbertus, Adalradus et alii quam plures. Actum est anno dominice incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo, indictione XIII.^{ma}, regnante Conrado secundo, regni ipsius anno XIII^{mo}., episcopatus ipsius domini Bernhardi Patherburnensis anno XXII.

VII, 26v. — Regest nach Ms. I. 242a im St.-A. Münster bei Wilmans, Additamenta Nr. 47a.